

ANTIDOTARIUM AUGIENSE

Testo critico (rivisitato a partire da H.E Sigerist, *Studien und Texte zur frühmittelalterlichen Rezeptliteratur*, Leipzig 1923) a cura di M. Carmeli

Liber a[n]phorismorum <med>icinalium

*** piu dragma<s> VI, sagapenu<m> dragm̄. III, piper albu<m> dragm̄. IIII, pyrethru<m> dragm̄. III, crocu<m> dragm̄. IIII, cyperu<m> dragm̄. VI, euphorbiu<m> dragm̄. III, amomu<m> dragm̄. III, spica<m> nardi dragm̄. III, rutae agrestis semen dragm̄. *** murra<m> dragm̄. VIII, opiu<m> dragm̄. XXX, cassia<m> dragm̄. *** apii semen dragm̄. III, hyoscyami semen dragm̄. XXIII, rosa<m> sic *** III, petroselinu<m> dragm̄. VI, opobalsamu<m> dragm̄. *** gentianae radices dragm̄. IIII, chamaedryos dragm̄. II, bacas lauri dragm̄. III, mel Atticum sufficienter. Uteris ad omnes causas suprascriptas, nihil dubites.

Item Hadrianum ad eadem quod supra. Recipit haec: murra<m> < X, piper albu<m> < XX, crocu<m> < *** amomu<m> < I, pyrethru<m> < I, foliu<m> < I, daucu<m> < V, c *** < *** petroselinu<m> < II, sagapenu<m> < II, cyperu<m> < *** costu<m> < II, hyoscyami < XX, euphorbiu<m> < *** spica<m> nardi < I, peganu<m> < I, apii semen < I, castoreu<m> < I, rosa<m> sicca<m> < II, anisu<m> < I, cinnamomu<m> < XII, xylobalsamu<m> < VI, nitru<m>, opobalsamu<m> < II, mel despumatum quod sufficit.

Antidotum panchrestum, qui ad omnes fortitudines necessarium est, qui sic acc<ipi>mus in similitudinem fabae Aegyptiacae. Colligis in aqua calida pensu<m> solidu<m> I, cyathis III. Hepaticis cum vino calido, epilepticis caducis cum aqua calida ipsa men<sura>, stomachicis cum pusca calida, renes dolentibus cum aqua calida, ictericis cum vino, febricitantibus cum aqua calida, calculosis et strangu[i]riosis similiter dabis et qui<bus> typum patiuntur cum hydromelle, quartanis *** tertianis *** hora *** sanantur. Dentes dolentibus *** rra ex *** f *** or *** rem *** gi *** ricis *** c *** accipiant cum vino aut cum cal<i>da aqua aut cum condito detur, tortiones

iuxta vires cum aqua calida detur, inflationes habentes ut supra detur. Menstrua mulieribus provocat cum hydromelle aut cum suco feni Graeci et cum omni celeritate parebunt. Ad morsum serpentis cum mel bibatur, et de ipso medicamine in plaga imponis et ad venenum mirifrice prodest cum sucus gentianae. Recipit haec: calamu(m) aromaticu(m), cardamomu(m), costu(m) ana < V, castoreu(m), euphorbiu(m), amomu(m), pyrethru(m), spica(m) nardi, dauci Cretici semen, rutae agrestis semen, cassia(m), rosa(m) sicca(m), feniculi semen ana < IIII, seseleos < XII, opiu(m) < XXX, crocu(m) < XV, zingiber < IIII, apii semen, hyoscyamu(m) ana < IIII, petroselinu(m) < V, opobalsamu(m) < VII, carpobalsamu(m) < V, sagapenu(m) < IIII, meu(m), piper albu(m) ana < IIII, mel Atticum quantum opus fuerit. Misces haec omnia simul, tritas diligentissime et sicam misces, postea mel.

Acharistum antidotum de experimentis Coelestini, qui facit ad eos qui cibum non continent, ad lateris dolorem, ad pleuriticos, ad sanguinem vomentes, ad omnem tussem, ad suspiriosos, ad dysentericos, ad insomnietatem, ad intestini dolorem, ad colicam. De quo antidoto si prius mercedes non acceperis, vide ne alicui des: multi quidem de una dose sani effecti sunt, ideoque a medicis ingrata habetur. Recipit haec: opiu(m) < III, cinnamomu(m) < II, cassia(m) < III, murra(m) < VII, crocu(m) ℥, piper longu(m) < II, piper albu(m) < II, castoreu(m) < II, galbanu(m) < VIII, costu(m) < II, meconos < II, storace(m) < II, spica(m) Indica(m) < IIII, mel quod sufficit.

Anti(d)o(tum) acharistum. Iste enim acharistus Paulini dicitur. Facit ad eadem ad quod supra. Recipit haec: cinnamomum ÷ I ℥, crocu(m) ℥, piper albu(m) ÷ I, piper nigru(m) ÷ I, castoreu(m) ÷ I, costu(m) ÷ I, galbanu(m) ÷ I, meconu(m) ÷ I, storace(m) ÷ I, cassia(m) ÷ I, spica(m) Indica(m) ÷ I, mel quod sufficit. Dabis in modum fabae Aegyptiae.

Antidotum triph(era), quod facit ad omnes dolores et ad omnem fluxum ventris et ad spleneticos, hepaticis. Omnibus dabis secundum vires in modum Abellanae. Recipit haec: Celtica(m), feniculi semen, anisu(m), iris Illiricae, peucedanu(m), acoru(m), opiu(m), piper ana ÷ I, mel quod sufficit.

Antidotum olympium, qui et hydrotopion dicitur, facit ad omnes febres, tertianis, quartanis, cottidianaris et ad omnes accessiones febrium, et ad eos qui non sudant

maxime sudorem valde provocat. Fastidium tollit. Recipit haec: ameos ℥, anisu⟨m⟩ ℥, hyoscyamu⟨m⟩ < I ∅ I, opiu⟨m⟩ < II, selinu sperma < II, crocu⟨m⟩, murra⟨m⟩ ana < III, thus < II, mandragorae cortices < II, mel quod sufficit. Dabis in modum Abellanae vel in modum fabae.

Antidotum Musa facit ad omnem accessionem februm [p]typicorum, tertianarum, quartanarum, cottidianarum, ad orthopnoicos et dyspnoicos et asthmaticos vel iliaticis, calculos expellit, vessicam purgat, phlegma in stomacho desiccatur, et ad omnem rheumam ventris et venenatas potiones et spleneticos et multas alias infirmitates curat. Recipit haec: piper albu⟨m⟩ grana L, hyoscyami ÷ I, murra⟨m⟩ ÷ II, thus masculu⟨m⟩ ÷ I, opiu⟨m⟩ < XI, crocu⟨m⟩ < VI ∅ II, aristolo[i]chia⟨m⟩ long⟨am⟩ ∅ VIII, euphorbiu⟨m⟩ ∅ VIII, mel Atticum quod sufficit.

Antidotum mysterium anodynum, qui facit ad ilii dolorem et calculos et ad colum, et lapides in vessica rumpit, et ad eos qui urinam facere non possunt. Recipit haec: physallida < III, saxifraga⟨m⟩ < III, petroselinu⟨m⟩ < III, cyperu⟨m⟩ < II, euphorbiu⟨m⟩ < II, hyoscyamu⟨m⟩ < VIII, opiu⟨m⟩ < VI S, murra⟨m⟩ < V, thus < VI, crocu⟨m⟩ < X, daucu⟨m⟩ < II, anisu⟨m⟩ < II, coniu⟨m⟩ < I, mel quod sufficit.

Antidotum Philonium, qui facit ad omnes dolores. Spleneticis cum pusca, hepaticis cum vino, pleuriticis cum aqua anethata, ad stomachum cum oenomelle, pthisicis cum ptisanas, dysentericis cum pusca. Recipit haec: crocu⟨m⟩ < V, piperis albi < XX, pyrethri < I, euphorbiu⟨m⟩ < I, opiu⟨m⟩ < X, dauci Cretici < III, cassia⟨m⟩ fistula⟨m⟩ < III, hyoscyami < XX, spica⟨m⟩ Indica⟨m⟩ < I, petroselini Macedonici < III, sinonos < VIII, selinu⟨m⟩ < II. Facit et ad colum, ad calculum, ad stomachi dolorem, ad spasmus, ad vessicae dolorem, ad eos qui sanguinem reiciunt, ad singultum, ad catarrhum. Facit et contra venena.

Antidotus polychrestus a Marcello acceptus melius operatur quam illa quae ex multis migmatibus conficitur vel illa Mithridatia, qui facit colicis cum aqua cyathis tribus, hepaticis cum vino mulso, febricitanti cum aqua, lateris dolori cum aqua mulsa, opisthotonicis cum aqua calida, stomachicis cum pusca, indigestis similiter; dysentericis, renibus laborantibus, spleneticis, calculosis et strangu[i]riam patientibus glutire dabis ut supra. Qui⟨bus⟩ a perfrictionibus laborant, si febricitant mire prodest;

si gluttiant, paralyticis prodest. Secundas mulierum educit. Si cum mulsa bibatur, pthisicis prodest. Curat et vulnera quae intra thoracem nasci possunt. Recipit haec: crocu⟨m⟩ scripuł I, opiu⟨m⟩ scripuł II, euphorbiu⟨m⟩ scripuł I, piper unċ. I, pyrethru⟨m⟩ scripuł I, spica⟨m⟩ nardi scripuł I, daucu⟨m⟩ scripuł I, petroselinu⟨m⟩ scripuł II, hyoscyamu⟨m⟩ scripuł II, opobalsamu⟨m⟩ scripuł II, cassiae fistulae scripuł II, mel despumatum quod sufficit. Dabis ex hoc magnitudinem fabae singulis passionibus.

Antidotum diapaonia facit ad omnes dolores. Recipit haec: paeonia⟨m⟩ draḡ. VIII, spica⟨m⟩ draḡ. VI, amomi draḡ. I, crocu⟨m⟩ unċ. I et međ., costu⟨m⟩ unċ. I, euphorbiu⟨m⟩ unċ. II et draḡ. I, foliu⟨m⟩ draḡ. III, murra⟨m⟩ draḡ. III, storace⟨m⟩ draḡ. VI, zingib⟨er⟩ unċ. I, hyoscyamu⟨m⟩, opiu⟨m⟩ ana draḡ. II, pyrethru⟨m⟩ draḡ. VI, piper unċ. VI, piper longu⟨m⟩ unċ. I, piper albu⟨m⟩ unċ. I, reuponticu⟨m⟩ unċ. I et međ., thus unċ. I et međ., crocomagma unċ. međ., saxifraga⟨m⟩ unċ. međ., mel despumatum quod sufficit.

Antidotum diapipereos, qui facit hepaticis, splenicis, pleuriticis, ad pulsum thoracis, ad tensuras quae in iuncturis fieri solent de infrig⟨i⟩datione, solvet phlegma⟨m⟩ spissa⟨m⟩, et ad eos qui tarde digerunt et ad omnem apostemam interiorum et ad eos qui petra iactant⟨ur⟩ et lumborum dolorem et nephriticis et cui urinam facere non potest, quibus pulmo tumet vel qui eos plenos aqua habent aut qui⟨bus⟩ aliquam passionem pulmonum patiuntur. Est autem efficax hepaticis. Recipit haec: piper longu⟨m⟩ unċ. međ., piper nigru⟨m⟩ unċ. međ., murra⟨m⟩ unċ. međ., galbanu⟨m⟩ unċ. međ., storace⟨m⟩ unċ. međ., cinnamomu⟨m⟩ unċ. međ., crocu⟨m⟩ unċ. međ., cassia⟨m⟩ unċ. međ., spica⟨m⟩ nardi draḡ. II, castorei draḡ. II, mel quod sufficit. Dabis in modum Abellanae cum aqua calida haemoptycis et anaphoreticis et ad multa quae hic scripta non sunt probatum est.

Antidotum phil[o]anthropum, faciens pthisicis, dyspnoicis, cephalargicis, stoma⟨ch⟩icis, maxime nephriticis. Calculos expellit mirabiliter: nam chordapsus, quod est ileon, in duas horas sanatur. Recipit haec: petroselinu⟨m⟩ Macedonicu⟨m⟩, cyperu⟨m⟩, schoenanthu⟨m⟩, asaru⟨m⟩, euphorbiu⟨m⟩, omnia ana draḡ. I, mel quod sufficit. Das in aqua frigida in modum Abellanae ob certe pro vires tolerantes draḡ. I.

Antidotum philoxenum, qui facit ad tussem diuturnissimam, ad eos qui de pulmone tussiunt, ad pleuriticos, ad febrem quae de frigiditate genita est. Recipit haec: aristolochia⟨m⟩ longa⟨m⟩ et rotunda⟨m⟩ draḡ. XII, gentiana⟨m⟩ draḡ. XXI, lauri bacas draḡ. XIII, rutae semen draḡ. XII, prassiu⟨m⟩ draḡ. XII, murra⟨m⟩ Troglodyten draḡ. XV, mel quod sufficit.

Antidotum mysterium facit in omnibus sicut theriaca: hepaticis, splenicis, ad ve⟨ne⟩na, ad morsum serpentis et ad multa quae hic scripta non sunt. Recipit haec: murra⟨m⟩, aristolochia⟨m⟩ rotunda⟨m⟩, chamaedryos, fel terrae, piper, costu⟨m⟩, gentiana⟨m⟩, absinthiu⟨m⟩, bratheos, bacas lauri ana un̄c. I, mel quod sufficit.

Antidotum diatessaron, qui facit in omnibus sicut theriaca: facit ad morsus serpentis et ad omnia venena, pleuriticis, peripneumonicis, ad eos quibus thoracis rheumatizat, ad tussem. Recipit haec: gentianae un̄c. I, aristolochiae un̄c. I, bacas lauri un̄c. I, myrrae un̄c. I, mel quod sufficit. De hoc antidoto vel si in panno inductum in latus qui dolet inponat pleurítico, mox sentiet auxilium sanitatem.

Antidotum diatrionpipereon, qui facit ad stomachi confortationem, urinam movet, coli inflationem solvet, vomitum cholericum et ventris fluxum emendat, torminosos sanat, quia cito calefacit. Recipit haec: piper nigrum un̄c. III, piper albu⟨m⟩ un̄c. II, piper longu⟨m⟩ un̄c. III et med̄., hyssopu⟨m⟩ un̄c. II, petroselinu⟨m⟩ un̄c. II, libystici un̄c. II, ameos un̄c. II, helenion un̄c. II, seseleos un̄c. II, zingiber un̄c. II, feniculi semen un̄c. I, anisu⟨m⟩ un̄c. I. Trita omnia et cribellata cum melle despumato colligis et magnitudine Abellanae cum aqua calida potui dabis.

Antidotum diacalaminthes, qui facit ad digestionem stomachi, ad cordis dolorem, pituitam thoracis descendens de capite solvet, iecori medetur, duritiam splenis tenuat, calculos solvit, urinam movet, mulierum menstrua admonet. Hoc antidotum dicit Gal[i]enus tam salubrem esse ut plurimis annis possit homo sanus servari. Recipit haec: nepeta⟨m⟩ un̄c. VI, petroselinu⟨m⟩ un̄c. VI, seseleos un̄c. VI, puleiu⟨m⟩ un̄c. VI, piper nigrum un̄c. VI, libysticu⟨m⟩ un̄c. II, thymu⟨m⟩ un̄c. med̄., apii semen un̄c. med̄., mel quod sufficit.

Antidotum Stephanen, mirificum valde cui melior aliud non est, facit ad colum, ad pleuriticos, ad pthisicos, et qui<bus> cibum non continent, ad mulieres quae praefocantur de matrice, ad haemoptycos. Recipit haec: storace<m> draḡ. X, castoreu<m> draḡ. I, myrra<m> draḡ. I, opiu<m> draḡ. II, crocu<m> draḡ. II, anethi semen draḡ. III, daucu<m> draḡ. III, apii semen draḡ. III, mel quod sufficit. Dabis in modum fabae Aegyptiae cum aqua calida.

Antidotum qui dicitur mysterion Ni[e]cera<tu>, qui facit ad iocineris dolores, ad lateris et vessicae, ad tussem veterem, ad hydropicos, ad arcuatos, ad lienosos, ad eos qui malum medicamentum sumpserunt. Postea data vel si antea potata fuerit, minime nocebuntur. Recipit haec: murra<m> draḡ. VI et mđ., spica<m> nardi dr̄g. V et mđ., crocu<m> dr̄g. I et mđ., schoenanthu<m> dr̄g. II, cassia<m> dr̄g. III, cinnamomu<m> dr̄g. III, piper albu<m> dr̄g. I, piper longu<m> dr̄g. I, thus dr̄g. I et mđ., alii dr̄g. III, rapae semen dr̄g. III, rosa<m> sicca<m> dr̄g. III, mel quod sufficit. Dabis cochleare I ad serpente percussum ex vino aut calida aqua.

Antidotum hydragogum, qui facit ad hydropicos, qui aqua pleni sunt, cum vino, stomachicis cum mulsa, spleneticis cum pusca, hepaticis cum vino, si feбриunt cum mulsa. Recipit haec: alypiados, petroselinu<m>, capparis cortices, piper ana unċ. VI, polypodiū<m>, ireos ana unċ. III, asaru<m> unċ. I, scilla<m> cocta<m> lib. III, mel quod sufficit.

Antidotum hiera quam dedit Rufinus, quem utebatur ipse, sine periculo purgat. Facit epilepticis et ad cephalaea<m>, pleuriticis, nephriticis, colicis, ad dolores antiquos, hepaticis. Recipit haec: enteriones dr̄g. II, piper nigru<m> dr̄g. II, chamaedryos dr̄g. II, crocu<m> dr̄g. II, murra<m> dr̄g. II, d[i]acrydiu<m> dr̄g. III, sale Hammoniacu<m> dr̄g. I, mastice<m> dr̄g. I, euphorbiu<m> dr̄g. II, aloē<n> dr̄g. II, cassia<m> dr̄g. II, mel quod sufficit. Dabis dr̄g. I aut II vel III et mđ. secundum vires unius cuiusque. In mulsa dabis.

Antidotum hiera Gal[i]eni fortissima, quae facit cephalargicis, scotomaticis, epilepticis, cholericis, melancholicis, phlegmaticis, quartanariis, stomachicis, hemitritaicis, hydropicis, pleuriticis, diaphoreticis, elephantiacis, podagricis, arth<r>it[r]icis, sciaticis, dysentericis, coeliacis, apoplecticis, paralyticis, et qui<bus>

maniam patiuntur, hydrophobicis, ictericis, colicis, hepaticis, splenicis, amblyopiis, lethargicis, nephriticis. Facit et ad oculorum passiones, id est chemosin, extenuat oculis visum, cerebro medetur, auribus auditum praebet, fauces et arteria[m] purgat, dentium dolorem compescit, renibus est admirabilis, mulieribus salubris, vocem claram restituet, asthmaticis et suspiriosis medetur, et longinquas aegritudines sine mora curat, strumaticos sanat, febres omnes avertit, omnes malos dolores curat, lepras omnes permundat, cancos curat, et si quis venenum biberit, omnia curat. Quae confectio prima est omnibus. Recipit haec: aloē un̄. III, petroselinum, absinthium, piper nigrum ana un̄. III, colocynthidos enteriones, scilla[m] cocta[m] in pane, agaricum, Hammoniacum, d[i]acrydiu[m], caryophylli, hypericu[m] ana un̄. X, epithymu[m], polypodiu[m] siccu[m], bdelliu[m], chamaedryos, prassiu[m] siccu[m], cassia[m] ana un̄. VIII, smyrnes, sagapenu[m], aristolochia[m] longa[m], piper album, piper longum, cinnamomum, opopanax, castoreum ana un̄. III, mel quod sufficit. Dosis est uncia media. Dabis cum mulsa et addis salis triti cochlearium I. Est autem potio haec nimis admirabilis: dabis ad omnia suprascripta, nihil dubites.

Antidotum picra optima Gal[i]eni, qui facit ad diversionem stomachi, et debilitatem, et qui[bus] sibi anxiant in stomacho languente, et ad omnem matricis causam. Generaliter diuretica est. Facit hydropicis, nephriticis, hepaticis. Provocat et mulieribus purgationem. Recipit haec: aloē dr̄. L, spica[m] nardi dr̄. III, asaru[m] dr̄. III, crocu[m] dr̄. III, mastice[m] dr̄. III, xylobalsamu[m] dr̄. III, cassia[m] dr̄. VI, mel quod sufficit. Das pensu[m] dr̄. I cum calida. Aliqui vero faciunt catapotias et sic utuntur.

Antidotum picra magna ad multa, praecipue ad purgationem feminarum, hac ubicumque. Recipit haec: aloē dr̄. XX, xylobalsamu[m] scripl̄ XVIII, cinnamomum scripl̄ XIII, spica[m] nardi scripl̄ XVIII, mastice[m] scripl̄ XVIII, crocu[m] scripl̄ XVIII, ag[ar]icu[m] scripl̄ XVIII. Dabis cum mulsa cyathis III, pulvere scripl̄. VI. Hanc si consuescat femina iugiter accipere, in paucos dies grande adiutorium sentiet. Singularis enim potio feminis ad omnia, ad stomachum et hepar et splen et ventris difficultatem, ad matricis mania[m], id est qui[bus] maniam capitis patiuntur vitio matricis. Posthac vero, ne subito a potione discedat, accipiat aquam absinthii vel – quod est melius – aloen purum ut omnes reliquias sordium penitus aufera[n]tur.

Antidotum Esdra habet virtutem sicut theriaca. Dabis contra venena, maxime pthisicis, podagricis. Usque de triennio si fuerit, curat eum mirabiliter. Datur contra mala medicamina vel contra morbum. Recipit haec: amomu⟨m⟩ scripl. XII, schoenanthu⟨m⟩ scripl. VIII, pyrethru⟨m⟩ scripl. VI, crocu⟨m⟩ scripl. VI, cinnamomu⟨m⟩ scripl. VI, murra⟨m⟩ scripl. XII, petroselinu⟨m⟩ scripl. III, daucu⟨m⟩ scripl. III, storace⟨m⟩ scripl. XVIII, tragachanti scripl. XXX, hypocistidos scripl. VIII, ireos scripl. XV, marathru⟨m⟩ scripl. VI, bdelliu⟨m⟩ scripl. VIII, libanu⟨m⟩ scripl. XVIII, thiupyru scripl. VI, hyoscyamu⟨m⟩ scripl. XXVI, cassia⟨m⟩ scripl. VIII, meconu⟨m⟩ scripl. XXX, spica⟨m⟩ nardi scripl. XV, rutae semen scripl. III, ocimu⟨m⟩ scripl. III, ros Syriacu⟨m⟩ scripl. LV, anethi semen scripl. VI, anisu⟨m⟩ scripl. VI, cardamomu⟨m⟩ scripl. VI, opiu⟨m⟩ scripl. XXVIII, euphorbiu⟨m⟩ scripl. VI, piper scripl. XXX, rosa⟨m⟩ sicca⟨m⟩ scripl. VIII, malobathru⟨m⟩ scripl. XII, opobalsamu⟨m⟩ scripl. XXIII, [c]nedyos aethy⟨a⟩s scripl. VI, laccar dactylu scripl. XII, lyciu⟨m⟩ scripl. XII, caryophylli scripl. XII, meu florem scripl. III, cnidios anthos scripl. III, nardu⟨m⟩ Celtica⟨m⟩ scripl. XII, rosa⟨m⟩ rhododaphni⟨s⟩ scripl. VI, castoreu⟨m⟩ scripl. VI, reuponticu⟨m⟩ scripl. XII, meu⟨m⟩ A[n]thama[n]ticu⟨m⟩ scripl. VI, Cimolia⟨m⟩ scripl. XII, Artemisiae sucus scripl. XII, herba⟨m⟩ Syriana⟨m⟩ scripl. VIII, costu⟨m⟩ scripl. XII, gentiana⟨m⟩ scripl. XII, mel Atticum despumatatum sext̄. II, vinum vetus sext̄. II. In alia scriptura recipit: sinonu⟨m⟩ scripl. III, hedy[o]chru⟨m⟩ scripl. VIII, folia citri scripl. XII, Hammoniacu⟨m⟩ scripl. XII, mel despumatatum quod sufficit. Dabis in calida in modum Abellanae.

Antidotum, seu catapotias quae voca⟨n⟩tur acindynas, qui facit ad cardiacos et cephalargicos sive stomachicis, et epilepticis, cholericis, melancholicis, elephantiacis et leprosis atque hydropicis quam et ictericis, nam et podagricis et qui⟨bus⟩ febres patiuntur. Si vis eum dare per abstinentiam, dabis catapotias XV, si vero super cibum, dabis VII, infantibus vero III. Recipit haec: colocynthidos dr̄g. III, aloē⟨n⟩ dr̄g. III, d[i]acrydiu⟨m⟩ dr̄g. III, bdelliu⟨m⟩ scripl. II, mastice⟨m⟩ scripl. II. Teris diligenter et cum suco absinthii aut brassicae colligis et catapotia facies. Alii vero mittent absinthium siccum et cum mel distemperant et faciunt antidotum.

Antidotum theodoretum dianacardium. Recipit haec: aloē⟨n⟩ dr̄g. LX, agaricu⟨m⟩ dr̄g. XXIII, cin⟨n⟩amomu⟨m⟩ dr̄g. V, nardostachios dr̄g. III, cassiae syringos dr̄g. V, chamaedryos dr̄g. III, schoenanthu⟨m⟩ dr̄g. II, d[i]acrydiu⟨m⟩ dr̄g. XII,

xylobalsamu⟨m⟩ dr̄g. IIII, mastice⟨m⟩ dr̄g. III, careu⟨m⟩ dr̄g. VI, crocu⟨m⟩ dr̄g. VI, costu⟨m⟩ dr̄g. VIII, asaru⟨m⟩ dr̄g. IIII, meu⟨m⟩ dr̄g. II, acoru⟨m⟩ dr̄g. VI, piper nigru⟨m⟩ dr̄g. II, piper longu⟨m⟩ dr̄g. II, gentiana⟨m⟩ dr̄g. IIII, anacardii dr̄g. IIII, mel despumatatum quod sufficit. Dabis dr̄g. III vel II vel I aut unum semis secundum vires unius cuiusque. Sic dabis in mulsa. Facit autem ad absconsas causas, maxime quae in capite sunt, stomachicis, epilepticis, et ad capitis dolorem et quaecumque causa in thorace fit, pleuriticis, et ad eos qui non digerunt et quicumque dolor fuerit in stomacho vel intestinorum, vel longo tempore aegrotantibus et qui⟨bus⟩ colorem pallidum habent et ad ictericos et quibus per infusione hydropis⟨is⟩ fit et incipiens pthisticis et phreneticis et colicis et qui⟨bus⟩ gravitudinem corporis patiuntur. Resumet autem et virtutem praestat. Facit autem ⟨ad⟩ eos qui varios dolores patiuntur et febricitantibus et qui⟨bus⟩ multum sudant et quos typus temptat. Dabis eis postquam digestum fuerit; podagricis dabis ante passionem et mirabiliter prodest, et ad mulierem cui tardat purgatio, quae vocatur hysterica, et quae praefocationem patiuntur et cui difficile digerit et ventrem sine dubio curat. Expurgat nobiliter non solum praesentes causas sed quae forsitan sperantur.

Antidotum diacodion, qui facit pleuriticis, synanchicis, dysentericis, et ad omnes interaneos dolores et acutis febribus et ad somnum eis qui non dormiunt. Recipit haec: papaveris agrestis caliculos virides numero nonaginta. Et infundis in aquae sext̄. VIII; alia die coques ad tertias, deinde colas per linteum et mittis mellis sext̄. III et iterum lento igne recoques usque ad mellis sextam mensuram et reponis in ampulla vitrea et uteris.

Rhodomellis confectio. Recipit haec: folia rosarum sine albore. Tundis et sucus inde exprimis sext̄. II, quibus admiscis mellis sextā. I, coquis lento igne ad tertias et in vase vitreo reponis et uteris.

Rhodomelle catharticum. Recipit haec: rosae sucus lib̄., mel despumatatum lib̄. I, piper un̄c. I, zingibereos un̄c. III, scamonia⟨m⟩ un̄c. VIII, mastice⟨m⟩ un̄c. IIII, lathyridos un̄c. I, polypodiu⟨m⟩ un̄c. I. Conficis et dabis cum rodometelle sup⟨r⟩ascripto. Purgat omnes melancholicos humores.

Antidotum hiera quod utebatur Ptolomaeus imperator, id est Logadion, quod nobis proditum est ad antiquam passionem, id est maniacam, et omne quod ex melancholia contingit. In anno semel datum purgat omnes humores et superpraestat corpori digestionem. Non facit angustiam neque festinationes aliquas et sanum reddit corpus et ad claritatem perducit, epilepticis et ad cadentes subito et ad contractionem patientes et linguam suam masticantes et salivam mittentes et de aliquo modo tenentes: hos vulgus daemniacos vocant. Prodest enim cholericis et elephantiacis in initio et ad impetigines silvaticas et ad lethargicos et quibus de aliqua passione se scomeiant et insani fiunt sine febribus, maxime et quibus venena mortifera accipiunt. Est enim antidotum sine periculo hepaticis, pleuriticis et quibus in cardiaca passione cadunt. Deducit malum humorem. Facit et ad provocanda menstrua mulierum. Dabis sciaticis et nephriticis et ad omnem tempore[m] passionem, accipientes tertio in mense. Est enim mensura dationis antidoti huius dr̄g. III. In mulsa potionem dabis cuius confectio haec est: agaricu[m] dr̄g. X, Hammoniacu[m] dr̄g. X, aloen[um] dr̄g. X, helleboru[m] nigru[m] dr̄g. X, scilla[m] [c]ass[i]a[m] dr̄g. X, d[i]acrydiu[m] dr̄g. X, polypodi[u]m dr̄g. X, epithymu[m] dr̄g. VIII, murra[m] dr̄g. VIII, foliu[m] dr̄g. X, cassia[m] dr̄g. VIII, chamaedryos dr̄g. VIII, hypericu[m] dr̄g. VIII, bdelliu[m] dr̄g. VIII, prassiu[m] drag. VIII, piper albu[m] dr̄g. V, cinnamomu[m] dr̄g. V, opopanace[m] dr̄g. V, petroselinu[m] Macedonicu[m] dr̄g. V, castoreu[m] dr̄g. V, aristolochia[m] dr̄g. V, colocynthidos enteriones dr̄g. XX, piper nigru[m] dr̄g. V, nardu[m] dr̄g. X, poli[u]m dr̄g. VIII, sagapenu[m] dr̄g. V, mel quod sufficit. Pulvera cum vino optimo asperges et uteris.

Pentadios antidotus vel theriaca appellatus, qui facit ad omnia venena serpentium vel ad morsum canis rabiosi, seu simiae, ad salamandrae et muris, ad araneae morsum, ad ranae rubetae et scorpionis et araneorum vel ichneumonis morsus vel cui venenum biberit seu telo venenato percussus fuerit, ad pleuriticos et ad tussem veterem, ad peripneumonicos, ad suspiriosos, ad anhelitum, ad constrictionem thoracis, ad eos qui anhelantur, ad eos qui, dum sedent, surgere non possunt, ad eos quibus caput assidue dolet, ad pthisicos, ad nocentem, ad empyicos. Omnibus cum mulsa tepida, hepaticis cum vino et melle, spleneticis cum aceto aut decoctione absinthii, tussientibus cum aqua ubi fenum Graecum decoxeris, sanguinem exscreantibus cum pusca frigida, nephriticis et calculosis et stranguiriosis cum aqua tepida, aurugi[onis] et hydropicis cum vino et mel. Si febricitans cum mulsa tepida, colicis cum mulsa, dysentericis

cum vino tepido, sciaticis et paralyticis cum mulsa tepida, qui<bus> strophum patiuntur idem, ad inflationem stomachi seu ventris vel frigore aliquo cum decoctione feni Graeci. Quae potio ad omnia superscripta[s] venena cum vino tepido danda est. Recipit haec: aristolochiae radices siccas un̄. I, gentianae radices siccas un̄. I, myrrae Trogl<od>ytis un̄. I, bacas lauri purgatas un̄. I, semen rutae siccum un̄. I, mel quod sufficit. Facit ad pustulas malas, vel si conceptum excutere volueris, post balneum potui dabis.

Antidotum panchrestum aliter. Facit ad ea, quae supra scripsimus in alia confectione. Recipit haec: calamu<m> aromaticu<m> dr̄g. VI, castoreu<m> dr̄g. III, costu<m> dr̄g. VI et semis, seseleos un̄. I et semis, cardamomu<m> dr̄g. VI, opiu<m> un̄. III, dr̄g. VI, crocu<m> un̄. II, zingiber un̄. semis, euphorbium, amomum, pyrethrum, spica<m> nardi, dauci, rutae semen, cassiae, feniculi semen ana drag. III, apii semen un̄. semis, hyoscyamu<m> un̄. semis, petroselinu<m> dr̄g. VI, opobalsamu<m> un̄. I, carpobalsamu<m> dr̄g. V, sagapenu<m> un̄. semis, meu<m> dr̄g. III, piper albu<m> dr̄g. III, mel quod sufficit.

Antidotum pancratium. Recipit haec: aloe<n> un̄. IIII, agaricu<m> un̄. I semis, crocu<m> dr̄g. III, asaru<m> dr̄g. II, costu<m> dr̄g. II, acoru<m> un̄. semis, cinnamomu<m> un̄. semis, myrobalani dr̄g. III, spica<m> dr̄g. II, cassia<m> dr̄g. II, meu<m>, chamaedryos ana drag. III, reuponticu<m> dr̄g. III, piper albu<m>, piper nigru<m> ana dr̄g. II, schoenanthu<m> dr̄g. III, zingiber dr̄g. III, gentiana<m> un̄. I, enteriones un̄. II, petroselinu<m> un̄. semis, scilla<m> assa<m> un̄., Hammoniacu<m> semis un̄., helleboru<m> nigru<m> un̄. I, hypericu<m> semis un̄., epithymu<m> un̄. I et semis, polypodiu<m> un̄. I et semis, bdelliu<m> dr̄g. III, smirni semis un̄., sagapenu<m>, opopanace<m> ana dr̄g. II, mastice<m> un̄. I, d[i]acrydiu<m> lib. I, absinthiu<m> semis un̄., ireos, hermodactylu<m> ana un̄. III, mel quod sufficit. Istum pancratium euporiston usus est Theodosius imperator. Facit enim ad omnem vitium capitis seu hemicranii, cholericis, phlegmaticis, melancholicis, scotomaticis, pleuriticis, elephantiacis, podagricis, arthriticis, sciaticis, paralyticis, ictericis, hepaticis, splenicis, lethargicis, nephriticis, et ad omnem vitium cerebri et ad rheuma capitis seu oculorum, arteria<m> purgat anhelosis et ad acediam stomachi, et qui<bus> malum colorem habent et ad colum et quibus semper distemperantia fit; menstrua provocat, pulmonum vitia emendat, sitem tollit et <ad> omnia incolumem revocat. Istud

autem antidotum composuit Caesar et usus est ipse et militibus suis iussit dare et per tempus curationis istum acci⟨pi⟩ebant sine omnem laesionem. Quid plurima dicendum? Sic accipiat: dr̄g. I et semis cum mulsa mirabiliter purgat quod superfluum fuerit, et si catharticum pleniter per abstinentiam in catapotiae vice⟨m⟩ voluerit, accipiat XIII aut XV et si super cibum VII aut VIII et sine omnem angustiam purgat.

Antidotum hygia, quod interpretatur salus omnis, facit primum ad stomachi dolorem ex aqua calida coclearium I, statim dolorem mitigat et assidui suspirium compescit. Tumorem uvae desiccatur, vocis adsentionem reformat, ad loquelam redditur. Vertiginem emendat, stridorem pectoris linit, tussem sanat, duritiam iecoris solvit, splenis tumorem siccatur, punctas sanat, laterum dolorem, id est pleuriticos, curatur, vessicae dolorem mitigat et stranguriam. Febrientibus cottidianis, tertianis, quartanis in vino veteri datur. Menstrua admovet, mortuum pecus expellit, aborsum partum si quis ⟨ut⟩ supra dat conceptum ne sublatur confirmat. Dolorem matricis sedatur, calculosis frequenter data subvenit, constrictionem stomachi tollit, cibum non continentibus prodest, acidas et fumosas ructationes emendat. Recipit haec: piper albu⟨m⟩ < VIII, zingiber < VIII, petroselino < II, careu⟨m⟩ < VI, libysticu⟨m⟩ < VI, feniculi semen < II, apii semen < II, ameos < II, ciminu⟨m⟩ < VIII, anisu⟨m⟩ < III, meconu⟨m⟩ < VI. Haec omnia tundis et tricocinas, addis mel bonum quod sufficit.

Item hygia, qui facit ad eadem ut supra. Recipit haec: piper albu⟨m⟩ ÷ I, petroselinu⟨m⟩, marathru⟨m⟩, ameos, apii semen, anisu⟨m⟩ ana < VI, careu⟨m⟩ ∅ XXI, libysticu⟨m⟩ ∅ XXI, zingiber ÷ I, cinnamomum ÷ I, pyrethru⟨m⟩ < II, mel quod sufficit.

E⟨c⟩ligmatium magnum in multis rebus. Recipit haec: piper libra⟨m⟩ I, daphnococca, puleiu⟨m⟩, anethi semen, thymu⟨m⟩, marathri semen, zingiber ana ÷ III, calaminthes, seseleos, pyretru⟨m⟩, napyos, petroselini semen, bratheos ana ÷ II, mel quod sufficit.

Catapotias ad omnem phleg[i]monem stomachi et hepatis et ad eos qui post infirmitatem semper lexyretos perseverant et chronia est. Recipi⟨un⟩t haec: aloe⟨n⟩ < I, Hammoniacu⟨m⟩ ∅ I S, costu⟨m⟩ ∅ I, mastice⟨m⟩ ∅ I. Cum suco cauli aut absinthii facis catapotias et das V aut VII.

Electarium diaprassium, qui facit ad tussem mirabiliter, ad eos qui de pulmone tussunt et ipsos pulmones renovellat mirabiliter. Ita conficis: ireos ÷ IIII, prassiu⟨m⟩ ÷ IIII, hyssopu⟨m⟩ ÷ II, puleiu⟨m⟩ ÷ III, calaminthes ÷ III, nucleos pineae ÷ II, caricis ÷ III, fenu⟨m⟩ Graecu⟨m⟩ ÷ I, st⟨robi⟩le⟨n⟩ id est taeda⟨m⟩ ÷ II, liquiritia⟨m⟩ ÷ IIII. Ista omnia coques in aquae SS VI usque ad medietatem, ita ut una nocte sint infusa et cola. Addis ibidem mel quantu⟨m⟩ in aqua remanserint et iterum bulliat usque ad spissitudinem mellis. Dabis ieiuno coclearia II.

Diospoliten antidotus, qui facit ad haec: stomachum excitat, digestionem accommodat, alvum mollit, biles extenuat, vitia pectoris, lateris, iocineris ac renum mitigat, partum expellit, secundas mulierum educit. Recipit haec: ruta⟨m⟩, piper, petroselinu⟨m⟩, cuminu⟨m⟩, zingiber ana ÷ VI, nitru⟨m⟩ ÷ III. Sed cuminum prius aceto maceratur, deinde torretur et universa contusa et cribrata melle Attico colliguntur et uteris.

Diamelon antidotus, qui facit dysentericis et omnem fluxum ventris stringit. Recipit: sucus de mela silvatica lib., sucus rubi tenerrimi lib. I, mellis lib. I. Commisces et lento igne coquis quousque ad mel redeat et facis ut electarium et exinde accipiat coclearium I in die ter, id est mane, meridie, sero.

Diamoron confectio, qui facit synanchicis. Recipit: sucus morae SS II, aluminis schistis < II, mellis S[S] I. Lento igne tamdiu coques usque quo ad mellis redeat mensuram et in ampulla vitrea reponis, sed alumen tritum postea de focum levaberis, sicam misces.

Diarubum confectio, qui facit synanchicis et haemoptycis et dysentericis vel qui⟨bus⟩ sanguinem adsellantur. Recipit haec: sucus rubi tenerrimi SS III, mellis S[S] I. Lento igne ad tertias decoques, et postea, dum refrigeraverit, addis croci < I, corallu < I. Commisces et uteris, sed in doliolo vitreo reponis.

E⟨c⟩ligma ad carbunculum stomachi cum acedia et nausia et fastidium. Recipit haec: zingiber, piper, cuminu⟨m⟩, gliconu⟨m⟩ ana < I, androlibanu⟨m⟩ ∅ I, libysticu⟨m⟩ ∅ I, seseleos ∅ I, careu⟨m⟩ ∅ II, caryophylli ∅ I, mastice⟨m⟩ ∅ I, spica⟨m⟩ ∅ II, mel quod sufficit.

Catapotias ad tussem probata. Confestim pausare faci<un>t tussem. Recipi<un>t haec: smyrnes, crocu<m>, storace<m>, galbanu<m> ana < I, nuclei pini purgati < II. Cum succo prassii facis catapotias ciceris magnitudine et da sero V et mane III.

Catapotias cuius[x] vox amputata est. Recipi<un>t haec: liquiritia<m> < I S, crocu<m> < II, ireos < II, tragachanti < II. Cum aqua facis globulos sub lingua.

Catapotias ad tussem et pectoris dolorem et ad omnia vitia pulmonis. Recipi<un>t haec: liquiritia<m>, ireos ana < II, myrra<m> < I, gomphite<n> < I S, galbanu<m> < III, terebinthina<m> < III. Conficis et uteris.

Catapotias diermodytylu, qui faci<un>t mirabiliter podagricis et <ad> omnem constrictionem nodorum mirabiliter. Recipi<un>t haec: aloë<n>, hermodactylu<m> ana ÷ I, epithymu<m>, cuminu<m> ana ÷ II, polypodiu<m>, helleboru<m> nigru<m> ana ÷ III, d[i]acrydiu<m> ℥.

Catapotias dysentericis probatissima. Recipi<un>t haec: mandragorae cortices, murra<m>, opiu<m>, acacia<m>, cortices de malu<m> granatu<m>, balaustiam, storace<m>. Omnia aequis ponderibus terens, tricocina et cum suco hypocistidae tempera et fac inde catapotias in modum ervi et dabis super cibum.

Item ad carbunculum stomachi. Recipi<un>t: cinnamomu<m>, agaricu<m>, mastice<m>, rutae folia viridia, feniculi radix viridis, omnia ana dragm̄. I. Conficis et das cum vino rubeo de sero eunti dormire.

Pulvis ad syncopen <v>el diaphoreticos seu cardiacos et hypochondriacos vel ad cordis pulsum. Recipit haec: ossum quod invenitur in cor cervi đr̄. II, smyrnes draḡ. I, corallu<m> draḡ. II, thus draḡ. I, anacardii un̄. međ., ges asteru<m> đr̄. I, un̄. međ. Pulvera facta das cum aqua frigida draḡ. I. Hoc valde probatum est.

Pulvis ad cardiacos sanandos. Recipit haec: rasura<m> eboris, caryophylli, spica<m>, reuponticu<m>, ossu<m> de cor cervi, ossa dactyli, cinnamomum, costu<m>, zingiber, corallu<m>, omnia aequis ponderibus. Facis pulver, das cum vino draḡ. I, perfecta dosis.

Antidotum ad pthisicos incomparabile, quia multi per eum sanati sunt. Recipit: piper longu⟨m⟩ scripuł. III, zingiber unċ. I, opopanace⟨m⟩ scripuł. I, thus masculu⟨m⟩ scripuł. I, opiu⟨m⟩ scripuł. I, lasar scripuł. I, unċ. med., peganu⟨m⟩ unċ. I, prassiu⟨m⟩ unċ. I, gliconu⟨m⟩ unċ. I et med., mel despumatatum quod sufficit.

Ad morbum comitiale, hoc est epilepsia. Recipit haec: costu⟨m⟩, piper, bratheos ana unċ., I. Pulvera cum aqua dabis. Experimentatum est.

Ad hemitritaeos: margaritas novas qui non fuerunt in opera, bract⟨e⟩a Byzantia nova ustulata. Haec omnia pulvera facta distempera cum saporata de muscatu⟨m⟩ et das bibere. Expertum est.

Potio ad omnem infirmum. Recipit: muscu⟨m⟩ draḡ. I, libanu⟨m⟩ draḡ. I, mastice⟨m⟩ draḡ. I, corallu⟨m⟩ draḡ. I, margaritas modicas draḡ. VIII, cinnamomu⟨m⟩ d̄r. III, mel et vinum vetus quod sufficit.

Pulvis ad tensuram stomachi vel ad defectionem vel ad vomitum. Recipit haec: bacas lauri scripuł. III, cuminu⟨m⟩ scripl. III, rosmarinu⟨m⟩ scripl. III, puleiu⟨m⟩ scrip̄. III, absinthiu⟨m⟩ scripl. II, mastice⟨m⟩ scripl. II, pane⟨m⟩ usu⟨m⟩ scripl. XVI. Haec omnia in pulverem redigis et stomachum melle calido perunguis et pulverem superspargis et operis lana[m] et fascias.

Antidotum hydropicra et hydragogos, qui aquam amarissimam de tunicis ventri seducit. Facit et ad eos qui ex pinguis humoribus ventrinosi sunt, curat hepaticos, spleneticos, si accipiatur in dies novem, iam numquam molestiam facit, facit ictericis et ad multa quae hic scripta non sunt. Recipit haec: nardostachios, cassia⟨m⟩, costu⟨m⟩, reuponticu⟨m⟩, amomu⟨m⟩, asaru⟨m⟩, foliu⟨m⟩, aloe⟨n⟩, rodon ana dragm̄. I, mastice⟨m⟩ draḡ. II, mel quod sufficit. Das pensu⟨m⟩ draḡ. I cum vino et mel aut cum mulsa.

Antidotum hieralogadiu⟨m⟩ Memphitu est enim temperativum et curat diuturnas et inveteratas passiones, id est mania⟨m⟩ et omnes ex melancholia[s] advenientes infirmitates. Data expurgat humores suaviter nec incendium generat corporis nec conclusionem nec lassitudinem, sed magis orexin praestat et fortitudines corporis

faci[a]t. Facit maxime epilepticis et stomachicis et qui<bus> cadent subito amentes et qui<bus> spumam iactant et qui<bus> linguam suam masticant et qui<bus> spasmus patiuntur, id est contractionem nervorum, et qui<bus>cumque simili tenentur passione quos putant daemonium habere. Datur enim colicis et paralyticis et elephantiacis in initio et hemicraniis. Purgat omnino et omnibus istis subvenit et qui<bus> ex istis passionibus se submeiant aut coinquant extra voluntate sua, magis etiam et qui<bus> mortalia medicamenta accipiant: est autem sine ullo periculo. Iuvat hepaticis, splenicis et pleuriticis et qui<bus> cardia<n> patiuntur et non digerunt, detrahit enim mal<e>facientes humores, provocat menstrua. Datur et sciaticis et nephriticis omnino adiuvat seu et omnes tardas passiones discutit. Accipiat ter in mense, id est inter dies decem. Das draḡ. III cum mulsa cyathis III. Recipit haec: agaricu<m> draḡ. X, aloe<n> un̄c. I, Hammoniacu<m> thymiamatos draḡ. X, foliu<m> dragm̄. X, thymi comas un̄c. I, poliu<m> un̄c. I, cassia<m> un̄c. I, chamaedryos un̄c. I, cinnamomu<m>, opopanace<m>, aristolochia<m> longa<m> ana draḡ. V, colocynthida dragm̄. XX, elateriu<m> un̄c. med., absinthiu<m> un̄c. med., murra<m> Trogl<od>yten draḡ. XII, euphorbiu<m> draḡ. VI, polypodiu<m> un̄c. II, coc<c>ognidiu<m> un̄c. II, centauria<m> draḡ. X, epithymu<m> un̄c. I, helleboru<m> nigru<m> draḡ. III, scilla<m> assa<m> draḡ. X, hypericu<m> un̄c. I, d[i]acrydiu<m> draḡ. X, bdelliu<m> un̄c. I, prassiu<m> un̄c. I, piper albu<m>, piper nigru<m>, crocu<m>, piper longu<m>, sagapenu<m>, petroselinu<m> ana draḡ. V, mel despumatum quod sufficit. Dictata atque probata a Theoctisto medico.

Antidotum sotera facit ad omnes causas invisibiles, post autem cum aqua calida bibitum capitis dolorem solvit, stomachi humorem desiccat, in accessionibus et diebus aneticis vigilias in somnum perducere, ad phreneticos, dolorem oculi mitigat et rheumatismum oculorum constringit, super [in] hunc tum cum lac mulieris dentium dolorem compescere, anhelitum nimium pausare facit. Omnem causam corporis extinguit, tussienti quam et pleurisin, peripneumonia<m> et viscerum tensione<m>, hepatis, et omnem causam relevat, desiccat etiam de pulmone humectationem, phleg[ba]mam vel salivam pinguem cito reiectare facit, si cum mulsa detur, et haemoptycis cum suco polygoni et aceto datur vel arnoglossae suco. Virtutem aegrotanti praestat, non delectantibus cibos manducare facit, vomitum stringit, ictericos sanat, melancholia<m> et qui<bus> multum cogitant et vigilias eorum in somnum revocat. Pulmonis gravitudinem sanat, colorem bonum facit, phlegma de corpore per intestina deponit, urinam provocat et poros ureticos perducit.

Constrictiones vel thro<m>bos renum et vessicae purgat, dysenteria<m> sanat, paralyticis medetur, maxime in veretrum fuerit, coeliacos firmiter curat, spasmos sanat, paralysin omnibus curat. Illis autem qui non possunt per os accipere per clystere iniciatur, adlecto suco feni Graeci. Matricis impetus solvit, sanguinis fluxum vel humorum vitia constringit. Encolpismabis ad arthriticis, podagricis, sciaticis. In doloribus magnam virtutem ostendit, non solum per os salvat, sed in illis locis inunctus, lexyretum autem est in maioribus febribus. Dabis ad omnem typus, quartanis, plus dabis numero de quartana febre. In tres potiones liberabit. Recipit haec: murra<m> un̄. II, draḡ. I, anisu<m> un̄. I, draḡ. I, castoreu<m> un̄. I, draḡ. I, opiu<m> un̄. I, draḡ. II, cassia<m> fistula<m> un̄. med., petroselinu<m> un̄. II, apii semen un̄. II, draḡ. I, piper longu<m> un̄. med., piper nigru<m> un̄. II, sinonu<m> Syriacu<m> un̄. I et med., cinnamomu<m> un̄. med., storace<m> draḡ. VI, seseleos un̄. med., hedy[o]chru crocomagmatos draḡ. VI, amomu<m> un̄. med., schoenanthu<m> un̄. I. et med., costu<m> draḡ. VI, asaru<m> draḡ. VI, spica<m> Indica<m> un̄. I, draḡ. V, crocu<m> un̄. II, mel despumatatum quod sufficit. Dabis ut supra dictum est et miraberis.

Antidotum hygia Philocratis ad omnes dolores, ad vertiginem capitis, ad faucium tumorem, dyspnoicis, ad vocem obscuram, ad stridorem pectoris, ad duritiam tussis, ad dolorem intestinorum, lateris et vessicae, ad purgationes feminae. Pecus mortuum excludit et per aborsum sine periculum lapsus facit. Physis dolorem, limosis, arenosis, calculosis, empyicis, pthisicis, syntecticis, hystericis et cibum non continentibus. Recipit haec: piper un̄. I, petroselini draḡ. III et semis, ameos d̄r. III et semis. Cum modico pulsa, in apozema myrtae aut lentisci aut mali granati sucus aut lenticulae.

Antidotum hiera, quod usus est Paulus ad paralysin. Recipit haec: chamaedryos draḡ. XXVI, piper longu<m> draḡ. XVI, piper albu<m> draḡ. XV, stycados draḡ. XVI, helleboru<m> nig<r>u<m> draḡ. XII, scilla<m> assa<m>, epithymu<m>, crocu<m>, murra<m>, spica<m> ana draḡ. XVI, Hammoniacu<m> draḡ. V, euphorbiu<m> draḡ. VII, mel quod sufficit. Das cum calida draḡ. I et post dies quinque das draḡ. II.

Antidotum onus Homeris philosophi ad pulmonum inflationem et ad pleuriticis curat infra septem dies. Recipit haec: pulmonem cervi masculi arefactum un̄. II, erucae

semen, opopanace⟨m⟩, thiapyru, hyssopu⟨m⟩, chamaedryos, aristolochia⟨m⟩ rotundam ana unċ. I, mel quod sufficit. Das cum calida in modum Abellanae.

Antidotum Gentilis medici, qui facit epilepticis, omnibus qui ex humore melancholico vexantur et ad ictericos satis prodest et vocatur glycia. Recipit haec: cortices de radices feniculi lib. I, epithymu⟨m⟩ recente⟨m⟩ unċ. II, radices apii unċ. III, ruta⟨m⟩ viride⟨m⟩ unċ. III, flos de puleiu⟨m⟩ unċ. III, aceti acri unċ. I et međ. Infundis per triduo, postea coquis ut redeat <ad> hemina⟨m⟩ et, dum coctum fuerit, colas mundissime et misces ibi mellis despumati lib. III, et coques lento igni ut redeat ad spissitudinem mellis et deponis de foco ut tepefiat et misces ibi aloē⟨n⟩ mundum pulver unċ. VI, crocu⟨m⟩ unċ. II et ex ea confectione mittis coclearia III et dabis iuxta vires.

Antidotum haemoptycis experimentatum valde optimum. Recipit haec: anagallicu⟨m⟩ unċ. II, Lemnia sphragis drag. III, murra⟨m⟩ drag. II, tragacanthi drag. II, ebori⟨s⟩ limatura⟨m⟩ drag. I, crocu⟨m⟩ dragm. I, cuminu⟨m⟩ drag. II, sarcocolla⟨m⟩ drag. II, pulver coralli unċ. međ., macir pulver drag. VI. Anagallicu⟨m⟩ prius radis et siccas et, postquam siccaverit, coquis in passum aut in dulcorem. Item tragachantum in mulsa infundis et misces omnia.

Electarium [u]ad empyicos, orthopnoicos, asthmaticos, ad typicos et tussientibus et pulmonem quasi arefactum restaurat, glutinosa⟨m⟩ phlegma⟨m⟩ dissolvit, syntexis iuvat et cui violenter tussiendo sanguinem iactat et eos quibus corpora macilenta sunt et qui⟨bus⟩ anhelant et ad omnia vitia pectoris. Recipit: piper drag. III, anethi semen unċ. I et međ., feniculi semen, tragacanthi, orobo frictu⟨m⟩, acanthes Aegyptiae ana unċ. I, heleniu⟨m⟩ drag. III, ireos unċ. međ., puleiu⟨m⟩, bacas lauri, origanu⟨m⟩ ana unċ. međ., hyssopu⟨m⟩ drag. III, lini semen frixi unċ. III, nucl⟨e⟩i pini, amygdalae dulcis ana unċ. II, dactyli <unċ.⟩ V, mel quod sufficit.

Electarium ad idem experimentatum. Recipit: lini semen frixu⟨m⟩ unċ. III, cuminu⟨m⟩ frixu⟨m⟩ unċ. III, nuclei unċ. III, uvae passae unċ. III, piper unċ. međ., mel quod sufficit. Das cocleare I.

Electarium ad tussem ut purget: hyssopum, pulei<i>, ter<e>binthina<m>, ireos ana un̄c. I, piper un̄c. II, lini semen frixum un̄c. III, lomentum fabae un̄c. III, bacas lauri draḡ. II, amygdalas amara<s> numero XX, mel quod sufficit. Das cocleare I.

Electarium ad idem: petroselinu<m>, hyssopu<m>, ireos, piper, nuclei leviter frixi, ervi frixi, pulei<i>, mastice<m> ana un̄c. I, mel quod sufficit.

Electarium diascilles ad su<s>piriosos antiquos et orthopnoicis. Electarium hoc medetur suspirios<os> longi temporis: scillam coctam in fermento interdiu un̄c. VII, orobu<m> frictu<m>, farina<m> ter<e>binthina<m>, tragacanthes, anisu<m> ana un̄c. med̄., hele[u]niu<m> siccu<m> draḡ. III, vetonica<m> draḡ. II, mel quod sufficit. Dabis mane et sero cocleare I et miraberis cura<m> dyspnoicis, orthopnoicis et asthmaticis.

Electarium ad idem ut supra, orthopnoicis, dyspnoicis. Recipit: scillae coctae chyly<m> un̄c. III, thi[u]apyru un̄c. I, storace<m> calamita<m> draḡ. V, thymu<m> draḡ. II, abrotonu<m> draḡ. med̄., prassiu<m> draḡ. II, mel despumatu<m> quod sufficit.

Electarium ad idem ut supra: scilla<m> cocta<m> in aceto un̄c. III, cardamomu<m>, pyrethru<m>, piper ana draḡ. III, iris dragm̄. I, mel quod sufficit.

Electarium ad haemoptoicis, pleuriticis, peripneumonicis. Omnia ulcerationes curat. Facit pthisicis et ad validam tussem et ad vitia pectoris et pulmoni. Recipit: zingiber draḡ. II, storace<m>, seseleos, feniculi semen, fenu<m> Graecu<m>, ireos, ter<e>binthina ana draḡ. III, anethi semen un̄c. I, cassia<m>, crocu<m> ana draḡ. II, tragacanthes, orobu<m> frictu<m>, acanthes Aegyptiae ana un̄c. I, heleniu<m> siccu<m> draḡ. II, ireos draḡ. II, galbanu<m> draḡ. II, myrra<m> draḡ. II, mel quod sufficit. Facit enim ad multas passiones et hepaticis.

Electarium mirabilem diaorobum, qui purgat in thorace ulcerationes et humores. Recipit: orobi farina<m> hemina<m>, ire[re]los draḡ. II, hyssopu<m> Creticu<m> draḡ. II, storace<m> calamite<n> draḡ. VI, libanu<m> draḡ. I, galbanu<m> draḡ. med̄., ter<e>binthina<m> draḡ. med̄., butyru<m> draḡ. med̄., nucl<e>i pini draḡ. II, mel quod sufficit. Conficis et reponis in vas vitreo.

Antidotum theriacum climacion, qui multus est a nobis experimentatus in multis rebus. Tamen est validissimus contra omnia venena resistenda et ad omnes morsus venenatorum, id est omnium serpentium morsus, et ad ictus spalangionum vel scorpionum vel omnes mortiferas potiones, quia melior est quam diacidnon. Facit enim ad eos qui ex melancholico vexantur et ad eos qui assidue cufas ponunt, quod vulgo scabia dicunt, facit enim ad anthracas malignas, facit enim ad hydropicos mirifice et ad pthisicos et ad febres omnes typicas, maxime pleuriticis et hepaticis, spleneticis, sciaticis, paralyticis et qui<bus> renum causas maxime laborant et cal<cu>losis, facit ad tineas, ad lumbricos et ad ascaridas et ad strangu[i]rias et ad omnes dolores et ad colo et epilepticis et caducis et lunaticis. In omnibus istis passionibus, quae diximus, probatum est. Recipit: poliu<m>, aristolochia<m> rotundam, gentiana<m>, bacas lauri, dictam<n>u<m>, prassiu<m>, bratheos, peganu acru<m> semen, fraxini semen, centauria<m>, argemonia<m>, quae alii pepona dicunt, ana un̄. V, apii semen, anethi semen, seseleos, ameos ana un̄. IIII, crocu<m> idem, cnici flos, vetonica<m>, betae, conferva<m>, origanu herba<m>, draconteae radices ana un̄. III, stycados, chamaedryos, murra<m>, costu<m>, piper ana un̄. II, libanu ar<tr>enos, marathros ana un̄. I, mel despumatatum quod sufficit, et uteris.

Electarium Gal[i]eni ad omnem frigiditatem corporis. Recipit: piper un̄. II, cinnamomum un̄. II, caryophylli un̄. med̄., zingiber un̄. II, pyrethrum un̄. II, galinga<m> un̄. II, anisu<m> un̄. med̄., liquiritia<m> un̄. med̄., anethi semen un̄. II, marathri semen un̄. med̄., apii semen un̄. med̄., petroselini semen un̄. med̄., libystici semen draḡ. II, careo un̄. I, corallu<m> un̄. I, tragacanthi un̄. II, mel quod sufficit.

E<c>ligma calon empyicis, orthopnoicis, asthmaticis, tussientibus, pulmonem arefactum restaurat, glutinosa<m> phlegma<m> dissolvit et ad omnia vitia pectoris. Recipit: piper draḡ. III, anethi semen un̄. I et med̄., marathri semen, tragacanthi, orobu<m> frictu<m>, acanthes Aegyptias ana un̄. I, heleniu<m> draḡ. III, ireos un̄. med̄., puleiu<m>, daphnococco, origanu<m> ana un̄. med̄., hyssopu<m> draḡ. III, lini semen un̄. III, nucl<e>i pini, amygdalas dulces ana un̄. med̄., dactylos pingues un̄. V, mel quod sufficit.

Pulver hepaticis, spleneticis, stomachicis et ad omnem matricis causam et ad ictericos et ad fellis eructationem et ad pulmonem restaurandum. Recipit haec: piper un̄. I,

